

S O L
 SUPER HORIZONTE
 PRAGENO PRIMUM
 CONSPICUUS,
 SEU

Festivus partim in Urbem, partim in Ec-
 clesiam Metropolitanam Pragensem
 ingressus

*REVERENDISSIMI ET CELSISIMI
 PRINCIPIS DOMINI DOMINI*

I O A N N I S
 JOSEPHI

è COMITIBUS de BREÜNER,
 ARCHI-EPISCOPI PRAGENSIS,

LEGATI NATI,
 SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPIS, REGNI
 BOHEMIÆ PRIMATIS,

*Universitatis Carolo-Ferdinandeæ Pragensis Amplissimi,
 Perpetuique Cancellarij, &c.*

Dle qVIntâ, & seXtâ noVeMbrIs,


pIls VotIs totIVs reglæ trIVrbIs,

VeLVtI genVIInIs heLLotropIls,

IVbar IpsIVs sVbseqVentlbVs.

Pragæ, Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeæ in Collegio Societatis JESU
 ad S. Clementem.





RELATIO.

Nisi Poëtarum commento Phœbus terras irradiaturns, equis, esedo, habenisque aureis instructus fuisse hinge batur, quò & nos Solis super horizontem Pragenum consurgentis equestrem apparatum, quadrigas, carpentaque aurea cùm veritate referre possemus. Èa enim Urbis parte, quā Australes Solis excipiit radios Populus Pragenus, exceptit venerabundus jubar Solis Joannæ; dum ex antiquissima Ducum adhuc Bohemiæ Arce Wissehrad nuncupata, tota humior, atque nobil or Pragâ Phœbo suo obviam foras ad S. Pancratium egressa, dromedatiam ejus atque præviam egit Auroram. Hoc potior atque angustior, quò numerosiori, quām æthereus ille Titan instructa fuit solarium equorum comiticivâ. Si enim dumtaxat Pyrois, Eous, Æthon, atque succensus Phlegon universus fulgidissimi Apollinis, Sunmonensi Vite teste, est equitatus, quanto illustriorem fuisse oportet irradientis Pragam Solis hujus adventum, qui compluribus generosissimorum equorum atque equitum ceteris Urbi accedit quām frequentissimus atque numerosissimus, inter assiduos tubarum clangores, tympanorūmque crepitus, atque vehementissimos æris Campani quā quā latè vastissima patet Praga latissimos sonos festivissimosque fragores. Sed nè cupidum rei actæ animum atque oculum porrò suspensum teneamus, brevem omnium epitomen daturi sumus.

Postquam bonis avibus, secundissimis nimirum Austriacis Alaudis, Marcomanniæque Aquilâ Heranius superavit saltus Hospes diu desideratissimus, Archi-Praeful sacerrimus, ac Princeps Celsissimus JOANNES JOSEPHUS; suæ quoque Leo Bohemicus, nè deesset vigilantia, Vigilantissimo ac supremo gregis Dominici in hac Archi-Diœcesi Pastori, ocellum ac pupillam Regum, Bohemiæ Metropolim Pragam aperuit, panditque. Jámq; novæ Urbis mœnia subingressus, Casto que præterveatus Wissehradeno longo platearum ambitu forum contingit bubulum seu Boarium, & ecce stant limine currus,

nec ultrà ire sinunt: adeò difficile est in primo (a) Pragæ limine nota offendere. An fors ut Phæbus ille noster Apollinem agat (b) Nomium, in foro Boario armentarium? Pastoralis id quidem muneris foret; at quid amplius suspicor: coram Senatus-Consulto sicut sit. Quin immo omnes Patres conscripti Populùsque Neo-Pragenus supplices ac venerabundi exorientem novum Solem cum vocali Memnonis statua similibus votis, Achivo illi *χάρης* non dissonis salvere ac bene venire jubent.

SALUTATIO SENATUS NEO- PRAGENSIS.

PAUCI, quos æquus amavit Jupiter, eò felicitatis proiecti sunt, ut vixdum nati jam Legati, vixdum cives jam Primates, vixdum incorporati, jam Universitatum Amplissimi perpetuique Cancellarij, vixdum advenæ jam Archi-Præfules nuncuparentur, ac in veritate existenter. Nempe conjurati respiciunt tua merita Divi, Princeps Celsissime; dum, quod Sacra Cæsarea Regiæque Majestas, Augustissimus ac Invictissimus LEOPOLDUS Dominus Dominus Clementissimus ratum denominando habuit, id Vaticanum Romæ Capitolii candidissimo SS. INNOCENTII XII. Pontificis Maximi calculo confirmavit stabilivitq. Ut non vagæ ac instabilis Fortunæ Tua felicitas videretur, quam imobilis ac firmissima Ecclesiæ Petra sustentat. Illud duntaxat novum Neo-Prageno Senatus-Consulro ac populo hujus Urbis universo videtur: Te Advenam Celsissimum, cum Praga petenda esset, Neapolim appulisse. Videlicet hæc Regia Nova Civitas, quid Pelasgo sermone indigitat aliud, quam Czechicam (c) Neapolim? ut vel exinde feliciter nobis augurari liceat, Tibi etiamnum per Neapolitanum hoc territorium negotia Romana esse; ut qui jam Epomide Archi-Episcopali condecoratus es, Galero quoque Cardinalitio quondam Eminentissimus doneris. Gaudeant, per me licet, suo Archi-Antistite in Francia Remenses, jacent se suo cum Legato Nato in Hispania Toletani; in Te, una Praga utrumque veneratur. Quidam & tertium voti instar subnectit, ut novus Esdras in Templo DEI novo prosperrimè vivas, sacerrimè gubernes, largissimamque cum Adalberto super viridem spei nostræ montem benedictionem effundas. Duxi.

Sub id verò temporis, cum similia disertissimus Orator facundia suâ de-promeret; curiosiori quispiam indulgens genio, talaria induitus Mercurij, totamque festivi ingressus seriem prætergressus; hanc jocundissimam æquæ, atq; acceptissimam omnibus, universi apparatus Prageni exhibuit epitomen.

RELA-

(a) Praga incolis Praha sic dicta à Bohemico Prah quod limen significat. (b) Sic dictus à pascendo grege. (c) Neapolis Graecæ, Latinæ Nova Civitas.

RELATIO PROCESSUS EQUESTRIS ET RHEDARUM.

Primò locò procedebat Equestris Compagnia Micro-Pragensis , quam præcedebant Primò complures Equi Manuales præclarè phalerati . Secundò , Chorus quatuor Tubicinum campestrium cum Tympanista . Tertiò . Quatuor D. Capitaneum in equis præcedentes , armigeri eleganter vestiti . Quartò . Sequebantur quadraginta lineaè Equitum , quarum singulaè quinque continebant viros , cæruleis baltheis exornatos , & evaginatos enes in manibus gestantes . Quintò . Singulos linearum quaterniones interpolabant varij Officiales militares . Sextò . Agmen cludebant equisones , & currus aliquot annonarij .

Secundò locò procedebat Equestris Compagnia Neo-Pragensis , com pluribus itidem equis manualibus , uno Tubicinum Choro , & D. Capitaneo cum quatuor equestribus armigeris instructa ; quæ numerabat quadraginta duas lineaes equitum , Officialibus Militaribus interpolatas ; & in singulis lineaes quinque viri colobiati , Carabinas erectas manu gerebant . Agmen cludebant equisones , & currus annonarij .

Tertiò locò procedebat Equestris Compagnia Vetero-Pragensis , multis equis manualibus , uno choro Tubicinum , armigeris D. Capitaneum præcedentibus , quinquaginta tribus lineaes Equitum , in pileis plumas , in manibus pistoletas gestantium conspicua , cum subsequis equisonesibus ; & curribus annonarijs .

Pedestres autem Campagnæ Civicæ , in cuiuslibet Civitatis foro stantes , transeunti Reverendissimo ac Celsissimo Principi arma sua obsequiosè præsentabant .

Post Turmas Equestris sequebatur longa series triginta duarum Rhedarum , in quibus diversi sedebant Prælati partim Ecclesiastici , partim Regulares . Trigesimam secundam , quæ erat Celsissimi Principis , non minus pretiosam quam elegantem insederunt duo Reverendissimi & respectivè Illustrissimi Domini Prælati Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ , Præpositus , & Decanus .

In trigesima tertia (quæ erat Illustrissimi & Excellentissimi Domini Supremi Burggravij) visebatur Celsissimus ac Reverendissimus Archi - Præsul benedicens effusum in foro & plateas Triurbis populum ; è regione sederunt duo Primarij Locumtenentes Regij , Illustrissimus & Excellentissimus D. D. Adolphus Wratislau S. R. I. Comes de Sternberg (titulus) Supremus Regni Burggravius , & Illustrissimus ac Excellentissimus D. D. Joannes Franciscus

S. R. I. Comes de Wrbna (titulus) Supremus Regni Praefectus. Hanc Rhedam præcedebant multi ex nobilitate Equites, Aula Celsissimi Principis, & quatuor Reverendissimi Domini Archiaconi equitantes cum D. Cærimonario Crucem Archi-Episcopalem præferente.

Sequebantur complures Rhedæ Regiorum Locumtenentium, & diversorum D.D Comitum ac Baronum.

Jámque plerique omnes, oculorum atque curiositatis vento vel facientes tabellam hanc legerunt avidè; admirari quædam, quibusdam magnitudinis ergò vix adhibere fidem, illi suspicere plurima, hi illud ante omnia facere maximi, (ut vetustius loquar) inter tam multum ornati, tam parum tumuli extitisse.

Inde progressus Sol fulgidissimus. Meditullium Pragæ, veluti meridiem subintrat; dum per spaciose Urbis compita tandem forum adusque Vetero-Pragenum, illum purpuratum Martyrum sanguinum Lithostrotum esedo suo aureo defertur. Hic suo Divino Apollini Musæ, Artes, atque Scientiæ omnes Celeberrimæ Carolo-Ferdinandea Universitatis venerabundæ accident, debitumque præstant tanto Hôspiti homagium. Ipsèque Magnificus Universitatis Rector in hac vota disertus abit.

SALUTATIO RECTORIS MAGNIFICI.

Progredere Princeps Celsissime! jam non novus Incola terra, quia Urbem Veterem subivisti. Stat ad cancellos tuos antiquissima Universitas Carolo-Ferdinandea, séque tanquam suo Amplissimo Perpetuóque Cancellario submississimè inclinat, quem in corde hucusque circumtulit, nunc felicissimo auspicio oculis intuetur. In novum Orbem per Novam Urbem ingressus, quid vidisti? JOANNES, dum mundum intuetur, quid videt? *Iria sunt* (inquit Ep. 2.) *in Mundo: Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vita.* In foro Boario an non concupiscentia carnis spectabilis, veluti Victori ad pedes procidia, palmam porrexit? in perennis triumphi de concupiscentia carnis indicium. Triumpha porrò Princeps Celsissime etiam in hoc foro Urbis Veteris. Est nova causa triumphi! Sed quid video in hoc Almæ Universitatis apparatu? anne Academicí sunt illi, de quibus Mat. 23. Dilatant Phylacteria sua & magnificant fimbrias, amant primos recubitus incensis, & primas cathedras in Synagogis, & salutations in foro, & vocari ab hominibus Rabbi? Nolim cogites Princeps Celsissime Te in hoc mundo novo jam offendisse in superbiam vitæ. Non est, crede,

non est, hisce tecta palliolis vita superbia; purpurascens verecundia est color iste, non livescens superbiam. Domus Sapientiae sublimibus licet alta columnis non admittit in contubernium elatam superbiam. Scientia inflat, sed inania capita, non veram sapientiam. Theologia, omnibus omnia facit Theologos, tam humilis est. Juriſprudentia nihil arrogat sibi, tribuit cuique quod suum est. Dat Galenus opes, sed humili & ad infima se demittenti Medico. Quid Philosophia? humilis est ceterarum scientiarum ancillula. En Princeps Celsissime, iterum triumphas cum devotissima Tibi Universitate, Carolo-Ferdinandea de vita superbia. Quot purpas vides in victoriosis humeris sapientum, tot spolia relata existima de proculata vita superbia. Universitas Pragensis unius cum Carolo IV. Archi-Episcopalis colloquij filia est, Tu filia hujus Pater es. Universitas incliti Regni Boemiae oculus est, Tu oculi hujus Pupilla es. Universitas annulus est, desponsans virtuti sapientiam; Tu annuli hujus Gemma es. Universitas pectus bene ordinata Reipublicae est: Tu pectoris hujus JOANNES & Cancellarius es. Universitas cor & anima universi est; tu cordis & animae vita es. Te amante, Te animante vivemus. Universitas denique thesaurus est, Tu hujus thesauri Thesaurarius es; ubi thesaurus Tuus, ibi & sit cor Tuum. Amplissimum Tibi cor est, in illo deinceps Tuorum corda fidelium conquescent. Cor Tuum non absimile pharetrae dixerim; tot enim sagittas emicis, quoniam benevolentia & beneficentia gratias in clientes Tuos dispergis. Nemo nostrum jam est sine amico amoris vulnera. Inexhausta est pharetra Tua. Intende porro arcum, stringe nervum, dirigere sagittam, nos affectuum Tuorum meta erimus & scopus. Crede Princeps Celsissime, quemcumque beneficentia Tuam amabili telo tetigeris, a scopo non aberrabis. Tange me, & nigrum tetigisti. Dixi.

Ita prope Teynensem Basilicam Celeberrimam Universitatem, Amplissimus Senatus atque Respublica Veteris Urbis ante suum Curiam consequitur, officiosaque suum Delphicum veneratur Apollinem. Ea enim Delphos inter atque Urbem Veterem est affinitas, ut quemadmodum Delphi medio gaudent terrarum situ, ita quoque pervetusta atque Antiquissima Urbs haec, medio utramque inter Regiopolim situ glorietur. Ne quis vero Delphos in orbe medios demiretur, rationem medijs illius in orbe situ ex Mythologo audiatur Comite Natali, qui Jovem medium telluris punctum periclitari volentem, duas ejusdem perniciatis sumpsisse aquilas refert, quae festinâ alarum Aegiali, totum sphæram terrestris ambitum extensa Delphis sibi obvia tandem constiterunt, inde ex fabula erutum veritatis argumentum est, Delphos medium terrarum situm obtinere. Nostrâ partum refert, Delphine in orbis medio, an extremo siti dicantur; illud tamen est in confessio Celsissimum Apollinem

linem Delphicum JOANNEM JOSEPHUM in medio Regiae Triurbis, summa omnium aggratulatione consistere. Quâ medij usus opportunitate Oraor jam veteranus Urbis Veteris in similem prorupit eloquentiae svadam.

SALUTATIO SENATUS VETEROPRAGENI.

MEdium Te tenemus Beati, subsiste: in medio enim Tripolis hujus es Virtus nostra Archi-Antistes Reverendissime, Princeps Celsissime. Urbe Veteri consistis, Neapolim inter atque (a) Petrinum montem mediâ, ut vel exinde liqueat, Te Româ ex Vaticana Petri Basilica cum potestate Archi-Pastorali advenisse. Novum dicerem hominem, Legatum quippe cum hac dignitate Natum, nisi inclita Vetus Urbs hæc mallet dicere Primate Regni Veteranum. Magnus etenim Presbyter es, Grajis idem, quod Veteranus & Princeps. Et sanè nîl in Te novum veneramur, omne enim, quod in Te Dignitatis Apostolica æquè, atque Caesarea Romana Potes tas consultit, plurimis jam retralapfis Solibus adultissima atque provectissima Virtus Tua sibi vendicavit. Non tu tempori sed cum tardigrado Saturno tempus obsequio suo & Tibi defuisse videtur. Me Ædepol si perspicacior quispiam Astronomorum oculus in horoscopum Tuum Princeps Celsissime aciem suam intendisset, vidisset sanè, ac natus eras, Archi-Antistitem nostrum; deo de genibus venerabunda Vetus Urbs nostra in Tua Reverendissima Celsitudine, Hospitem recognoscit Veteranum. At si hospitem, quomodo Veteranum? da gratiam verbo, sacratiorem Larem, id est Hospitem domesticum, dicere debui; ex quo enim tempore interiorum ædium nostrarum, præcordiorum nempe foculi & aræ calere desiderio Tui cœperunt, ex tunc jam Honori atq; Venerationi Tuæ in eis sacrificabatur; ita ut hæ animataæ ædes nostræ cum veritate Urbe Veteri consistere dici non possint, nisi simul Te Veteranum Larum inibi cultum fuisse sit in confessu. Neq; tamen ita pro Te pertinax sto Otor, ut reliquarum Urbium esse negem.

Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athene.

Septenæ nobilissimæ Urbes pro patria olim Homeri decertasse feruntur; ego cum Patribus conscriptis, Populoque Veteris Urbis universo ita veneror meum, ut tamen non negem alienum. Illud unum, quod pro aris focisque nostris bene felicitérque eveniat, Te Celsissime Princeps quam diutissimè salvum atque incolumem, semper eundem, semper veterem, semper nostrum voveo precorque. Dixi.

Dixit

(a) Mons Petrinus incolis dicebatur, ubi nunc Arx Regia sita est. (b) Propterea Graeci Latinè Veteranus & Princeps.

Dixit Orator, benedixit Archi-Præfus. Et Sole sidereo jam in occasum
vergente, accelleravit & ipse in suam Solis regiam iter suum. Jamque illi
Carolinae Magnificentiae, ac Moldavenis triumphalibus arcubus, Ponti inquam
Pragensi Europæorum facilè principi appropinquabat. Ubi ex Cæsareo Re-
gioque Collegio Academicо, propè ducenti Societatis JESU Religiosi in pla-
team egressi, unum illius latus ante Basilicam Salvatoris, longissimo ordine
occupabant; in altero autem latere numerosissimi, tum ex Convictu S. Bar-
tholomæi, tum ex Seminario S. Wenceslai, cum suis Regentibus ac Præsidi-
bus stabant Alumni tam Ecclesiastici, quam Seculares, & benignissimum suum
Solem in transitu, profundissimâ devenerati sunt inclinatione, applaudenti-
bus per integrum bihorum ex illa Magnifica & Propylæum Basilicæ Collegia-
lis exornante Pergula, compluribus fidium, tubarum ac tympanorum choris.
Cum ecce tibi Moldavenæ Sirenes Milesios imitatae licitatores, cum Cois pi-
scatoribus seu coëunte aspectantium turba, certâ mercede de uno retium ja-
etu paciscuntur. Mititur in Moldavam Sagenæ, & Milesiâ forte & fortunâ
aureus ex undis tripus (pretiosus sanè piscis) protrahitur. Mox amicæ exo-
xiuntur lites, atque in quovis aspectantium nimia tripodis potiundi succen-
dit cupidus. Pythium æquitatis consulitur oraculum, hoc discretiori in-
spectâ Diphtherâ, Pythij adinstar quondam responsi: *detur sapientissimo, de-*
cidit. Non hic Milesius quærebatur Thales, aut Priensis investigabatur
Bias summæ tunc Sapientiae in orbe candidati, sed candidissimo omnium cal-
culo ac voto sapientissimo Apollini, Advenæ Celsissimo, hic aureus tripos
adjudicatur. Tripos inquam, seu tergemina Triurbs Pragera ab oraculis de-
inceps ejus tota futura. Quid enim foret aliud Tripus hic Moldavenus quan-
tumvis aureus, nisi Mysticum æs, aut cymbalum tinniens, finè sapientissimo
Archi-Antistitis Divini Spiritu, qui tunc Ponti innitens Prageno, ferebatur su-
per aquas.

Jamque Micropolitanæ adventabat Curia Apollo noster Delphicus; &
quod dudum suis fovebat in cordibus, præcordiisque clausum gesit; Sena-
tus Populisque Urbicus Oratore suo indice palam fecit,



SALUTATIO SENATUS MICRO- PRAGENI.

*CELSISSIME PRINCEPS ARCHI-EPI-
SCOPE REVERENDISSINE DOMINE DOMINE
TER GRATIOSE.*

In gredere tandem Urbem hanc Residentialem. Non quidem per stratas aurô vias , sed per triumphales pectoris nostri arcus , quos tibi struit obser- vantissima tui pietas , reverentissimus tui amor . JOANNES es , Legatus Natus , gratiâ plenus , in medio ovium tuarum Pastor vigilantissimus . JO- SEPHUS es , non Ægyptij illius Regis Pharaonis gratiâ , sed Augustissimi Cæ- faris ac Regis nostri LEOPOLDI Primi Clementiâ in Primatem Regni evectus . Cerne JOSEPHE adstantes Manipulos undecim , Senatus hujus Regiæ Urbis Minoris Pragensis ; qui nomine sui , & totius obsequiosæ Communitatis se se cum submissa reverentia inclinant , cordetenus voentes : Reverendissime ac Celsissime Princeps , ut DEUS in adjutorium tuum semper intendat , & in benedictione ejus longas videas annorum series , omnèque , quod benedicto nütutuo benedixeris , benedictum sit . Benedictus enim es , qui venis in no- mine Domini . Dixi .

His bene , felicitèque actis Hospes Celsissimus , Phœbūsque Horizontis Prageni fulgidissimus , sub opacæ noctis primordia jubar quoque suum tanti sper recondidit , & apparatum sibi magnifice Phylo xenium , placidissimus terq; exoptatissimus Hospes , inter festiva pyrij pulveris fulgetra atque fragores subintravit .

DIES SOLIS DOMINICUS , SEU Ecclesiasticus Reverendissimi atque Celsissimi Archi-Episcopi JOANNIS JOSEPHI (titulus) in Metro- politanam Divi Martyris Viti Ecclesiam ingressus .

P Osterò verò Sideris JOANNÆI atque JOSEPHINI ortu , aurora micare serenior , dies illuce scere clarior cœpit , quando die Solis proprio , die nempe Dominico sacratori pompa Ecclesiam Metropolitanam illustraturus processit . Isthoc

Isthoc excitatæ jubare genuinæ Sacerrimi Cleri Archi-Diæcesani Aquilæ, ad Solem suum ac manè ortus est perniciissimè advolaverunt; atque ut auspicatissimis avibus hic Sol Metropolitanus proveheretur, devotissimo æquè atque prolixissimo numerosissimi Cleri comitatu, tot bene præfagientibus alitibus, quot præcedentibus Sacratis capitibus in regiam supremi Tonantis ac Numinis deduxerunt. Hic illud usurpare liceat Poëta Fast; i.

Vestibus intactis Tarpejas itur ad arces,

Et populus fælo concolor ipse suo est.

Jamque novi preceunt fasces, nova purpura fulget,

Et nova conspicuum pondera sentit ebur.

Flamma nitore suo templorum verberat aurum,

Et tremulum summâ spargit in æde jubar.

Sic nempe honorabitur, quemcunque voluerit Rex Cœli honorare. Esther 6.v.9.
Sed ut pio legentiū desiderio faciamus satis, hunc ipsum Sacraziorem è Palatio Archi-Episcopali ad Metropolitanam Ecclesiam progressum oculis subjici-
mus.

Progressus Cleri Reverendissimum ac Celsissi- mum Principem JOANNEM JOSEPHUM (titulus) ad Metropolitanam Divi Viti Basilicam dedu- centis.

Præcesserunt duo Reverendi Domini Pragenses Curati, totius Sacri Agminis
ductores. Sequebantur:

1. Crucigeri cum rubro Corde S. Cyriaci	14.
2. Carmelitæ	18.
3. Servitæ	22.
4. Augustiniani	26.
5. Paulani	16.
6. Capucini	38.
7. Franciscani Observantes	72.
8. Augustiniani Eremitæ	34.
9. Minoritæ	28.
10. Dominicanî	50.
11. Canonici Præmonstratenses	40.
12. Vexilliferi Bonifantes	8.
13. Alumni ex Seminario Archi-Episcopali, Clerici quidem linneati, Sacerdotes verò in pluvialibus	30.
	14.

14.	Alumni ex Pontificio & Cæsareo Convictu S. Bartholomæi, Clerici in linteis, Sacerdotes in pluvialibus	- - - - -	40.
15.	Decani, Parochi, & Vicarij Foranei	- - - - -	36.
16.	Regulares diversorum Abbatum Cæremoniarij in pluvialibus	- - - - -	16.
17.	Duo Chori Tubicinum	- - - - -	
18.	Aula Celsissimi Archi. Præfulis, quam comitabantur immixti Cæsarei Judices, Primates, Doctores Juris ac Medicinæ, & diversi Cæsarei Regijque Officiales.	- - - - -	
19.	Consistoriales.	- - - - -	
20.	Vicarij & Altaristæ Ecclesiæ Metropolitanæ	- - - - -	14.
21.	Insulati Prælati, Abbates, Præpositi	- - - - -	17.
22.	Choralistæ Antiphonas decantantes	- - - - -	8.
23.	Insulati Prælati & Canonici S. Ecclesiæ Metropolitanæ	- - - - -	6.
24.	Reverendissimus ac Celsissimus Princeps Archi Episcopus, sub Baldachino, à 4. primarijs Parochis Pragensibus gestato; utrumque latus stipabant duo in Dalmaticis insulati Canonici Metropolitani.	- - - - -	

Dumque hoc pacto sub Phrygiæ acus sumptuoso opere, serico auróque prædivite Baldachino Sol noster, Phœben suam illustraturus procedit Ecclesiam, mox à vestigijs ejus primæ magnitudinis Illustrissimæ atque Excellētissimæ Regni Procerum ac Regiorum Locumtenentium in Čelo Boēmico Stellæ: secundæ dein, atque tertia Magnitudinis ex copiosissima Nobilitate Sidera, cum triumphali arcu Consularis Zodiaci, immensaque minutorum astrorum se se in comitivam diffundentium viâ lacteâ, eum prosequuntur.

Panditur interea Domus Omnipotentis Olympi;

Ad cuius limina, Templi nimirum Metropolitanæ Sanctæ Sanctorum deductus Princeps Celsissimus ac Phœbus Illustrissimus; tincturus veluti frigidis undis radios suos, nè nimio fulgore intuentium perstringeret oculos, aquâ feso evlogâ, cunctosque circumstantes iustrat, Reverendissimo lympham suppeditante aquario Præposito Metropolitanæ, atque ut eò largioribus gratiarum porrò roraret imbris, densâ thuris succensi nube Sol hic obducitur, eadem Reverendissimâ atque Illustrissimâ thurificante dextera, assiduos inter buccinarum clangores, tympanorumque gratos boatus, organorum denique omnium, ærisque Campani sonoros continuosque applausus.

Provehitur porrò navi Templi, atq; ad liliati roseique Regis Divi Wenceslai Saccharium, securum veluti portum appellit, eum adoraturus D.E.U.M., cuius Rex hic potentissimus æquè ac sanctissimus vinicolam, frumentarium, pilsto remque in terris egit Eucharisticum.

Inde

Inde progrediens ad aram Templi summam velut ad augem Sol, proster-
nit coram ara omnipotentis Olympi, eò demissior quò Sacerdos est major,
eò profundiori latriæ cultu, quā solium celsius est consensurus.

Et verò tempus jam erat, quo, favente ità & disponente Augustissimo
Imperatore, Serenissimóque Bohemiae Rege; annuente & confirmante Sumo
Ecclesiæ capite, atque in æternitatis scrutinio præordinante ità Numine, so-
lium consenderet Principale, ac Sedis Suæ Archi Episcopalis throno tandem
consideret JOANNES JOSEPHUS Sol noster ac Phœbus fulgentissimus, Ar-
chi-Episcopus.

Inde perleto per anagnosten Brevi Apostolico, felix augurium cœpit, se nō
brevibus perennaturum annis, neque calamitosi hujus maris, quo hinc inde
procellosè ferimus brevia urquam & sirtes experturum.

Atque ità Sole Solium suum jam occupante, ac velut in felicitatis auge
meridiante, exurrexit Luminare minus, Reverendissimus ac Illustrissimus Præ-
positus ejusdem Ecclesiæ DD. Joannes Ignatius Dlauhowesky de Longavilla
(titulus) Episcopus Milevitanus, & Suffraganeus Pragensis; atque TRIA
VERBA (in quibus nempe continerentur omnia) DE ORTU, PROGRESSU
& INFLUXU Solis JOANNÆI ac JOSEPHINI pro sacerrimis Rostris Roma-
nâ Eloquentiâ edisseruit. Quæ jam tunc typis vulgata, sub finem hujus Re-
lationis, studioso Lectori relegenda anneximus.

Sed nè verbosus tantum in Solem suum esset amor Metropolitanorum,
ad manus usque procedit; dum Reverendissimi, Illustrissimi, Perillustres,
Amplissimi, Venerabiles, Admodum Reverendi, Eximij respectivè Prælati,
Canonici, Vicarij, Decani, atq; Parochi Sacratissimam Celsissimi Archi Præ-
sulis dexteram reverentissimo affectu basianè, disvaviantque. Utq; nihil be-
nignitatis beneficentissimæ Archi Antistititis dixerat decesset, assurgente non-
nihil, atque Hymnos Divinos decantante suâ Celsitudine, tandem brachium
in largissimam levatur, ac protenditur benedictionem.

Quam sanctissimam benedictionem Dictio excipit Ecclesiastica duo-
rum ex Capitulo Metropolitanano Canonicorum, Boëmo idiomate altera pro
exedra Templi, altera Tevtonicâ Dialecto in atrio Ecclesiæ declamata, reliquis
Capitularibus penè Solem suum ad cornu Epistolæ remanentibus, & stalla-
sua ad cornu Evangelij, Reverendissimis DD. Abbatibus, utporè Hospitibus,
cedentibus.

Et quid mirum esse possit, omnia fieri vocalia præsente Sole? cùm ipsa
inanima Memnonis statua ad præsentiam sui Phœbi in verba prorumperet
& salutationes, atque ipsa adeò etiam durissima Babylonis Saxa, teste Pausaniâ
in Atricis, harmoniam redderent non inconcinnam, in quibus deposita quan-
doque Apollinis chelys ferebatur.

Jamque Sacri Oratores verba ad populum facere desierant, cum ecce;
Eucharisticum ad aras litarat Sacrificium Reverendissimus ac Perillustris Domini-
nus Wenceslaus Bilek à Bilenberg (titulus) Decanus Capituli ac Officialis,
tot ad pompam insulatis Adstitibus, quot praesentibus Capitularibus æquè,
atque Regularibus Praelatis. Ad Missam solennem Archi-Episcopales mini-
strabant Alumni; Thronum Celsissimi Archi-Præsulis ambiebant Pontificij
ac Cæfarei.

Quo ritè peracto tremendo atque incruento Holocautomate, Euchari-
sticus quoque occinitur Ambrosij hymnus: Te DEUM laudamus.

Tandem DEO Divisque omnibus ita religiosè cultis, ac Cælo universo
Archi-Antistiti Celsissimo ac Reverendissimo bene favente atque propitia,
penates repetit proprios Sol JOANNAEUS, ab aris Templi ad focos domesticos
remanens grandi cum comitatu.

Atque haec sunt, quorum pium ac benevolum Lectorem, de Sole super
Horizonte Prageno primùm conspicuo certiore facere voluimus; non om-
nia minuta prosequentes, nè culicem colasse videremur. Quantumvis de nu-
merosissimis pedestris militiae cohortibus totius Regiae Triurbis, nec non
Hraczanensi in Iructissima Panoplia, religiosis familijs ante domicilia sua So-
lem venientem adorantibus populoque alio effusissimo atque pene in numero
affatim differere potuissemus. Quod si quis totum hunc apparatum, uno vel-
uti oculorum intuitu perspicere avet, ad periti sculptoris ectypon remittimus.

OCTAVA SOLIS DIES, *Seu* PALLII ARCHI-EPISCOPALIS Traditio.

Octayā post Dominicam Intronizationis die, atque adeò mox sequenti Do-
minicā quæ post Pentecostem erat vigesima quinta, dies verò Mensis Novem-
bris decima tertia,

REVERENDISSIMUS, AC CELSISSIMUS
PRINCEPS,
Tanquam Primas Regni, & ARCHI-EPISCO-
PUS Pragensis,
In sua Capella Archi - Episcopali,
de mahibus

Reve-

Reverendissimi, & Illustrissimi Domini, Domini,

JAROSLAI,

SACRI ROMANI IMPERII COMITIS à STERN-
BERG, DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS
GRATIA

EPISCOPI LITOMERICENSIS, &c. &c.

Tanquam ejusdem Sanctæ Sedis ad hunc Actum

DEPUTATI COMMISSARI,

Sumptum de Corpore S. Petri, & à Successore Petri San-
ctissimo Domino Nostro

INNOCENTIO XII.

missum recepit

PALLIUM ARCHI-EPISCOPALE
& in eo plenitudinem Potestatis, ritu sequen-
ti:

EX Decanalı, propè Metropolitanam D. Viti Basilicam, sita Residentia, Magnificò Celsissimi Archi-Præsulis Curro, Auláq; Archi-Episcopali cōmitante, devectus est ad Palatium Archi-Episcopale Reverendissimus ac Illustrissimus Sedis Apostolicæ Commissarius, & ab occurrente Humanissimo Principe salutatus, & deductus ad Archi-Episcopale Sacellum, in quo olim sub Rudolpho II, à Zbinkone Berka Archi-Episcopo Pragensi, & Litomislensi, ceterisque Præpositis, Abbatibus & Prælatis Regni, celebrata fuit Synodus Pragensis.

Illic in eodem oblongo Oratorio, tapete rubrō holosericeō magnifice exornatō, ambo genuflexi Antistites, sacras tantisper fudère preces. Remanente autem ad idem Oratorium Celsissimo Archi-Præsule, Illustrissimus Commissarius Pontificius præparatum sibi ad cornu Evangelij, propè ipsum Altare, Faldistorium Baldacchino instructum accessit; & sumptis ibidem Pontifica-libus pro Missa celebranda apparamentis, eam legit. Peractā autem Celebrantis

tis Communione, D. Cærimoniarius Atchi-Episcopaloris **PALLIUM**, argenteæ phialæ impositum, & velo sericeo coopertum, reposuit supra medium Altaris.

Peracto Missæ Sacrificio Illustrissimus Sedis Apostolicæ Commissarius, indutus amictu, stolâ, pluviali, & mitrâ consedit ante Altare super Faldistorio, excepturus Juramentum Fidelitatis, nomine Sedis Apostolicæ, à Celsissimo Archi-Præsule; qui omnibus Pontificalibus paramentis, ac si celebraturus esset, exceptâ Infusâ, & Chirothecis demptis, indutus, & ante Pontificium Commissarium genuflexus, recitavit clarâ voce formam Juramenti per literas Apostolicas traditam.

Juramentum præstitum surgens Illustrissimus Commissarius, acceptumque de Altari PALLIUM, & illud super humeros Celsissimi Principis adhuc anteflexo genuflexi imposuit, dicens: *Ad bonorem Omnipotentis DEI, & Beate MARIAE semper Virginis, ac Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI, Domini nostri INNOCENTII Papæ XII. & Sancte Romanae Ecclesie, nec non Ecclesie Metropolitane Pragensis Tibi commisso, tradimus Tibi Pallium de Corpore Beati Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officij, cum Archi-Episcopaloris Nominis appellatione; ut utris eō intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in Privilegijs ab Apostolica Sede concessis. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. R. Amen.*

Post Pallij traditionem, Illustrissimus Sedis Apostolicæ Delegatus, de recto capite recessit ad cornu Evangelij. Celsissimus vetò Archi-Episcopus surgens cum Pallio, ascendit ante Altaris medium, & habens ante se Crucem suam, de recto capite, solenni formâ benedixit populum.

Datâ benedictione, & depositis in Sacello Pontificalibus paramentis, dum unâ cum Illustrissimo Pontificio Commissario, ad superiora Palatij conclave sese reciperet Celsissimus Archi-Præsul, suô jam conspicuus PALLIO; Reverendissimi Capitulares, Consistoriales, & reliqui de omni statu præsentes, inter latissimas aggratulations, & faustissimas appreicationes sub Protectiōnem consuegabant PALLII ARCHI-EPISCOPALIS.

